

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Scriptura sacra p

Vera refert autor, quicumque fuerit ille; sed pro clara
huius particule conclusione ad Damasum scribentem
nostrum Ieronimum audiamus

de scripturis disputantem:

“Non decet Aristotelis argumenta conquirere, nec ex
flumine Tulliane eloquentie ducendus est rivulus, nec
aures Quintiliani flosculis et scolari declamatione
mulcende, sed pedestris et cotidiane similitudinis, et
nulla lugubratione redolens oratio necessaria est,
que rem explicet, sensum edisserat,
obscura manifestet.”

Lucula noctis, 30 (E. Hunt ed., p.245, ll.164-172).

De scripturis disputantem

non decet Aristotelis argumenta conquirere, nec ex
flumine Tulliane eloquencie ducendus riulus, nec
aures Quintiliani flosculis et scolari declamatione
mulcende, sed pedestris et cotidiane similitudinis et
nulla lucubratione redolens oratio necessaria est
que rem explicat, sensum edisserat,
obscura manifestet.

Ieronymus in epistola ad Damassum papam.

Manipulus florum, Scriptura sacra p

Scio haec molesta esse lectori, sed

de Hebraeis litteris disputantem

non decet Aristotelis argumenta conquirere nec ex
flumine Tulliano eloquentiae ducendus est riulus nec
aures Quintiliani flosculis et scolari declamatione
mulcendae. pedestris et cotidiana similis et
nullam lucubrationem redolens oratio necessaria est,
quae rem explicet, sensum edisserat,
obscura manifestet,

non quae uerborum conpositione frondescat sint
alii deserti, laudentur, ut uolunt, et inflatis buccis
spumantia uerba trutinentur: mihi sufficit sic loqui,
ut intellegar et ut de scripturis disputans scripturarum
imiter simplicitatem.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 36.14.1-2 (CSEL
54, I. Hilberg ed., pp.280-1, ll.13-19, 1-3).